



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

5. Iniuria[m] divinæ clementiæ per scupulos irrogari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

## PARAGRAPHVS QVINTVS.

*Iniuriam divinae clementiae per scrupulos irrogari.*

**Remediū** 28. **P** Rædictis etiam & hoc consilium, ac documentum subiicio. Consideret iterum, iterumque, qui infano hoc malo laborat, quàm alienum sit, hoc ærumnosum vitæ genus ab eo, quod Redemptor generis humani, sapientissimè instituit: quod ut cõplectamur mandavit; propter quod è caelis in hanc malorum omnium voraginem delapsus est, sibi dolores nostros imponens, ut nos à nostris eximeret. *Venite* (inquit) *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego respiciam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me: quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris: Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Quemadmodum idem Dominus, per Moysen premonuit: sicut aquila provocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans & assūsit eos & portavit in brachiis suis. Quoties vos volui cõgregare, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas. *Mãdãta mea gravia non sunt.* Quàm longè hæc oracula (quæ curacionem, familiaritatem cum Deo, iugum suave denuntiant; Alæ quoque gallinæ atq; aquilæ, quæ divinam protectionem, consolationem, amplexumque amabilem designant) à cogitationibus

*Vita scrupulosa immanitas.*

*Mat. 11, 28.*

*Deut. 32, vers. 11.*

*Mat. 23, 37.*

rationibus perplexis, desperatione plenis; à tyrannide denique conscientia dissidēt. Observa miserande, te dum teipsum calumniaris, & opprimis maledictis, Dei clementiam oppugnare; ipsum status ac denuntias, nolle tibi mederi; nolle te ad se accedere; eundemque non desiderare onus morbosq; tuos suscipere; ferreque recusare. Negas ipsum esse benignum, humilem, mitem: imò protestaris ipsum crudelem immanemque tyrannum; iugumque eius ac leges esse intolerabiles. Non aquilam, non gallinam, sed miluum voracem, tygridem, leonem, & id genus feram, tetramque bestiam Hæc, inquam, profiteris, cum teterrimum vitæ genus, ab omni humanitate alienissimum, in animum tuum inducis ei que pertinacissime adheres, & (postpositis omnium sapientum consilijs) retines ac reservas.

## PARAGRAPHVS SEXTVS.

*Testimonium conscientia, constantemque  
in obsequio divino voluntatem,  
plurimum scrupulis con-  
temnendis esse  
adiumen-  
to.*

29. **H**Æc dosis ex horto tuo colligenda ac depromenda erit. Intra conscientiam